Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26000
Copyright: Admont, Benediktinerstift



53

Inguture tuo sit tuba. qa aqla sup domu dm. pro eo qd transgressi sunt fedus meum. et
lege mea preuaricati sunt. De inuocabunt me israel. Nunquid cognouimus te. Proiecit israel bonum. inimicus
persequetur eum. Hec annuntia et annuntiando in gutture tuo sit tuba
quia uidet ppto huic bellum esse. et non pax. Aquila naq; uenit super domum dni.
aqla id est romanum imperium. cui militare signum aqla erat uenit super ecclesiam
in qua est domus dni. In ezechiele. ubi contra iudaea prophecia dirigitur. decem tribus iam
assyrios translatis. pro aqla nabuchodonosor significat his uerbis. Aquila grandis
alarum magnarum. longo membrorum ductu. plena plumis. et uarietate. uenit ad
libanum. et tulit medullam cedri. summitatem eius auulsit. et cetera. Hesaias qd ista
significent. Dic. Ecce uenit rex babylonis in ierusalem. et assumet reges et principes eius. et ad ducet eos ad se in babylonem. Hic autem. ubi non adunius uidetur tantum.
sed aduersus omnem israel prophetia tenet. et quasi tuba declamare uidetur. recte secundum
supdicta pro aqlam excellencia romam intelligit imperium. cui. ut iam dictum
est. militare signum aquila fuit. ante suscepto uexillum crucis. eo qd aquila rex
auium esse dicatur. et cui ob honorem herodes quoq; aurea fixerat aqlam super templum
dni. ut refert iosephus. Hec aqla inquit super domum dni. id est romanum imperium.
ad destruendam irrecuperabiliter uenet gtam sacdocii iudaici. Quam obcausam.
Pro eo inquit qd transgressi sunt fedus meum. et legem meam preuaricati sunt. Poterat enim
obicere quis et dicere. qd istud dns faceret ut fieri sineret contra suum statutum. contra
fedus uel pactum qd pepigit cum patribus eorum. Nam ut deceteris taceam. nonne ad sa
lomonem qui primus edificauit illam domum dni talem dixit. Audiui oronem tuam.
et deprecationem. qua deprecatus es coram me. Sanctificaui domum hanc quam edificasti.
ut ponerem nomen meum ibi in sempiternum. Si uero qd promoui sequitur. Si autem
auersione auersi fueritis uos. et filii uri non sequimini me. nec custodiuerit mandata mea et cerimonias. quas proposui uobis. si abieritis et coluerit deos alienos. et adorauerit eos. auferam israel de superficie terre quam dedi eis. et templum qd
sanctificauit nomini meo. proiciam a conspectu meo. erit que israel in prouerbium. et in fa
bulam cunctis populis. et domus hec erit in exemplum. Ergo in pacto domus illa stetit.
id est subcondicione seruande iusticie. quam profecto seruanda ab illis dns prescuit.
non esset. Nam si seruanda esset presenet. nequaquam conditionaliter illis bona sua promit
teret. uolens dicendo. si precepta mea seruauerit. si in uiis meis ambulauerit. qd in lege frequens est. si absolute. et in predicatione promissiuo. sicut ad abra
ham locutus est in promissione seminis. qd est xpe. Non enim dixi. si egressus fue
ris de tua tua. si egrede inquit de tua tua. et cetera. et benedicam te. atque inter benedi
cent uniuse cognationes terre. Itaq; in repromissione non dixit. si feceris rem hanc.